



**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1682**

8. Dies Novembris. Considera, quid, quis, qualis sis: quid in natura, quis in persona; qualis in vita. S. Bernardus libr. de consil.
- 
- 

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

corpore, quam vitam habeant? Elementa à centro suo remota quantoperè luctantur? sicut iraque elementis necessarium est centrum, corpori membra, agnello mater: ita ut Deo fruamur, & cœlesti gloriâ potiamur, necessaria est oratio. Ut igitur eam illo, quo pat est modo orationem instituamus, ab omnibus exterioribus, visibilibusque rebus sejuncti, in desertum ac solitudinem cordis nostri sccedamus, inibi regnum Dei reperturi: animo enim nostro plus quam totum cœlum claudemus, quia ipsum Deum eodem, quantum possumus completemur. Sed ut sint potentiores ad quidvis impetrandum preces, nullæ sint in corde precantis sordes, non hoc mecum, sed Poëta est consilium:

*Anacula cordis munda orans intima cordis.*

### 8. DIES NOVEMBRI S.

Considera, quid, quis, qualis sis: quid in natura, quis in persona; qualis in vita. *S. Bernardus libr. de consil.*

Medita- I.

**H**Æc tria, si cum otio consideres, evenient super te sidera, eris horum meditatione non tantum tibi dissimilis, sed plenarius. Sed ut illa assequaris, proderit frequenter ad futura omnia animum meditando explicare. Sicut necessaria est, ut Deum consulas, oratio, sic ut tibi consulas, meditatio: quam illa debet esse fervens, tam hæc sit frequens; hæc una futura omnia ut apprehendes, sic animo comprehendes. Quo pacto quis, ut perennis exitii, in quæ incidere potest pericula, declinabit; aut gloriæ, quam sperat, &

Kkk 5

optat

890      *Christiani Militis*      Novem b  
optat sempiternæ felicitatem seriò desiderabit, i  
quid illa sint nesciat? qualia siat non intelligat. Me  
ditatio hæc omnia nobis detegit, & quæ nobis  
rant clausa aperit, quæ abdita, in conspectum pro  
ducit; quæ obscura, illustrat; quæ arcana, revelat;  
mò est quasi fenestra per quam alterius mundi, &  
futuri sæculi diversissimos status possumus inspicere.  
Si cui diceretur duas alicubi feriestras esse, per quæ  
rum alteram clarè, distincteque videretur status, &  
conditio beatorum in cœlis, majestas & gloria Chi  
sti Domini nostri, Deique magnitudo, & ampli  
do, totusque illius beatissimi Regni apparatus; pe  
alteram verò, ea quæ aguntur apud inferos, flum  
mæ, tenebræque horrendæ, ignis illius terribilis,  
rei illi miserabiles, qui à Dæmonibus istic ca  
ciantur, & multiplices carceris æternum infelici  
simi miseria, si cui inquam hoc pro certo dicereret?  
an hominem toto oībe ullum futurum existim  
mus, qui per harum fenestrarum alteram, quidat  
terutro in loco geratur, contemplari omitteret?  
Certè si vel in extremo terræ angulo, id genus fene  
stræ reperiretur, neininem unum fore credo, qui non  
eodem, minimum curiositate impulsus esset prope  
ratus.

II. Atqui, meditatio ipsissima illa fenestra est, per  
quam cœlum inspicimus, & orcum despiciamus;  
beatos, & damnatos, Angelos, & Dæmons, felici  
tatem, & miseriā sempiternam: illum locum, ubi  
dies est sine nocte, & alterum ubi nox est sine die: il  
lud regnum in quo est omne bonum sine ullo malo,  
& illud ergastulum, in quo est omne malum, sine ul  
lo bono. Illa nobis fenestram aperit unde utrumque  
illum

vem b  
abit, i  
gat. Mi  
nobis  
tum pro  
evelat;  
andi, a  
nspicere  
per qu  
arus, x  
ria Ch  
in aplu  
us; pa  
os, fiam  
terribilis,  
tic cru  
infidel  
icerent;  
existim  
quida  
itteret?  
us fene  
quin non  
prope  
est, per  
cimos;  
felic  
m, ubi  
die il  
o malo;  
fine ul  
unque  
illum

Novemb.

Tessera.

891

illum longè dissimillimum beatæ , ac calamitosæ æternitatis statum intelligamus. Quæ est igitur hæc incredibilis ignavia , dicam , an vesania? quis ille intolerabilis neglectus, imò veterus : quis ille hominum oscitantium sopor , imò insanientium stupor ? res tantas tantique momenti nolle , cùm possumus , intelligere, imò cùm facile possimus , velle negligere ? præfertim cùm illa probè intelligere sæpè intelligentis sit talus, negligere negligentis sic exitum ? Quid est alius meditari, quām veritatem abditam scrutari, quām thesauros omnes sapientiæ , & scientiæ Dei, qui absconditi sunt in Filio Dei , sibi aperire, ut se pauperem illis locupletet ? quām ubique terrarum ut omnia lustret, & sic intellectum illustret, animo spatiari ? Nunc in Nazareth , ut Deum Incarnatum, nunc in Bethlehem, ut nascentem; nunc in Jerusalem, ut docentem ; nunc in monte Calvariæ , ut morientem contempletur ?

III. Sireo, qui arce quapiam captivus attinetur, vir magnæ auctoritatis narraret, duarum longè diversissimarum conditionum, sortiumque alteram, aut fœlicitatem , aut infœlicitatem summam illi evenerat, atque utriusque apparatum, & quasi imaginem graphicè adumbraret per unam aliquam artis fenestellam, ipsummet, si modò caput paulisper erigere ne gravaretur, posse perspicere? an non quantocius ad eum se locum recuperet, unde hæc duo extrema, alterum vitaturus, alterum studio omni quaesiturus, queat intueri ? quâ fit igitur usque adeò nos desides sumus, tamque remissè contendamus ut duplarem, adeoque disparem fortunam , hoc est , æternam, vel gloriam in cœlo , vel pœnam in orco , quæ nos

892 Christiani Militis Novemb.  
nos certò certius expectat , liquido cognoscamus;  
idque ideo, ut alteram sortem , eamque tristissimam  
fugiamus, alteram verò optatissimam consequamur.  
Has duas sortes tam dispares vobis, velut è latebris  
ducit, & in lucem producit, accurata meditatio, dum  
cogitando cum mora , illarum adyta penetramus.  
Sicut ergò sol suo calore revelat, quidquid nix celo-  
sic & meditatio arcana omnia revelat : sic enim de  
sole Poëta :

*Quidquid nix celat, solis calor omne revelat.*

### 9. DIES NOVEMBER.

Vis ut serviat caro tua, anima tuæ? Deo serviat  
ima tua. Debes regi, ut possit regere. S. Angeli  
*nus supra Iouan.*

Sub Deo ser- I.  
vitus est su-  
per omnia  
dominatus.

Um hic dissero de ferme  
te, quā te subjicias Deo,  
go de libertate, quā ut De-  
minus imperes mundo.

Meditatio Deo, cui serviunt etiam qui ubique domi-  
nantur, servire te serio, & submissa animi reverentia  
docebit. Servire te dum jubeo, ingenuum esse volo,  
imò servitatem humillimam quam serviebas, ex-  
tere. Servitus illa est virtutis, non vilitatis, imò illa le-  
vitus est verè dominatus. Servies honori ejus, quile  
honorantes honorat, præmitens omnibus actioni-  
bus tuis simplicissimum rectæ intentionis oculum &  
sic te diligit Deus ut pupillam oculi. Servies ven-  
ti ejus præferesque omnibus actionibus tuis lucidissi-  
mam fiduci faciem ; servies fidelitati ejus, offeresque  
omnibus actionibus tuis firmissimæ spei illecebrosa.  
Servies bonitati ejus , admovebisque omnibus a-

*etionis*